

ANNEXE 10

Arnobe, *Contre les Gentils (Contre les Païens)*, livre IV, chap. 14.

| | |
|--|---|
| <p>1. <i>Aiunt igitur theologi uestri et uetustatis absconditae conditores tris in rerum natura Ious esse, ex quibus unus Aethere sit patre progenitus, alter Caelo, tertius vero Saturno, apud insulam Cretam et sepulturae traditus et procreatus ; 2. quinque Soles et Mercurios quinque, ex quibus, ut referunt, Sol primus Iovis filius dicitur et Aetherius habetur nepos ; secundus aequae Iovis et Hyperionae proditus genetrice ; tertius Volcano, non Lemnio, set Nili qui fuerit filius ; quartus Ialysi pater, quem Rhodi peperit heroicis temporibus Acantho ; quintus Scythici regis et <u>versipellis</u> habetur Circae. 3. Nam Mercurius primus, qui in Proserpinam dicitur genitalibus adhinnivisse subrectis, supremi progenies Caeli est ; sub terra est alter, Trophonius qui esse iactatur ; Maia tertius matre et Iove procreatus, sed tertio ; quartus suboles Nili est [...].</i></p> | <p>1. Ainsi donc vos théologiens et les dépositaires des secrets de l'antiquité disent qu'il y a dans le monde trois Jupiters, dont le premier a eu pour père l'Éther, le deuxième le Ciel, et le troisième Saturne : c'est celui qui a été enseveli et mis au monde dans l'île de Crète ; 2. cinq Soleils et cinq Mercures ; parmi eux, à ce qu'ils rapportent, le premier Soleil passe pour être le fils de Jupiter et il est considéré comme le petit-fils de l'Éther : le deuxième est également fils de Jupiter et il a pour mère Hypériona ; le troisième est le fils de Vulcain, non pas celui de Lemnos, mais celui qui était fils du Nil ; le quatrième est le père d'Ialysus, qu'Acantho enfanta à Rhodes, aux temps héroïques ; le cinquième passe pour celui d'un roi scythe et de Circé, la <u>maitresse des métamorphoses</u>. 3. Quant au premier Mercure, qui dit-on, hennissaient de concupiscence pour Proserpine, le sexe en érection, il est de la lignée du Ciel souverain ; le deuxième est sous terre, c'est celui qui se vante d'être Trophonios ; le troisième a pour mère Maria et il fut engendré par Jupiter, mais le troisième Jupiter ; le quatrième est le rejeton du Nil [...].</p> <p>Traduction par Jacqueline Champeaux (Paris, Les Belles Lettres, 2021).</p> |
|--|---|